



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 6. Ignis & Aëris alia boni ominis monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

citur: *V&e vobis, qui ridetis nunc; quia lugebitis, & flebitis.* Lue. 6.  
25.

## §. VI.

*Ignis & Aëris alia boni ominis moustra.*

Quia autem prodigiorum quoque, quæ secunda acciderant, debita proposito nostro relatio est, siue igni, siue aëri ascribi potest felicis euentus illa flamma, quæ ex *L. Marcij ducis duorum exercituum, quos interitus P. & Cn. Scipionum in Hispania debilitauerat, capite concionantis eluxit.* Namqz eius aspectu pauidi adhuc milites pristinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta millibus hostium cæsis, magnoqz, numero in potestatem redacto, bina castra Punicis opibus referta ceperunt. Ad ignem quoque & aërem pariter pertinet, quod Plutarchus narrat de Themistocle. *Is cùm nauali prælio contra Xerxem regem pugnaret, flammarum magno lumine ab Euleusine illuxisse; sonitum quoqz ac vocem, toto Thriasio agro ad mare usque exauditam esse, velut ex hominibus multis mysticum Iacchumeducentibus, scribunt.* Ex multitudine verò vocum referri à terra paulatim nebulam, ac in triremes rursus reverti, decidereqz visam. Alij imagines & simulachra affirmarunt ab Egina apparuisse ar-

Val. Max.  
lib. 1. c. 6.  
n. 2.

Plutarch:  
in The-  
mistocle.

O s matorum

matorum hominum, manusq; pro Græcis at-  
tollentium, quos Æaridas esse coniecerant, à  
quibus ante pugnam precibus & votis implo-  
rârant opem. Ac sic Græci, Themistoclis atq;  
Lycomedis Atheniensis Tetrarchi virtute vi-  
ctores contra barbaros facti Xerxem fugârunt.

Iul. Ob-  
sequens  
c. 8.

Ad aërem quoque pertinet, quod Iulus  
Obsequens refert, silentio noctis ex silua  
Arsia ingentem vocem auditam esse, quæ  
superstitiosè Siluani credita fuerat. Pro-  
clamauit autem, viciisse bello Romanum.  
Potuit Angelus Romanorum fuisse. Sic in  
igne, sic in aëre Deus mirabilia facit.

### §. VII.

#### *Aquarum prodigia.*

Exod. 3.  
20.

Neque in aëre duntaxat, sed in ceteris  
quoque rebus. Ille enim est, qui olim di-  
xit: *Extendam manum meam, & percutiam*

*Ægyptum in cunctis mirabilibus meis.* Qua-  
re, sicut Pharaonem tunc etiam in aquarū  
prodigijs monuit, ita sæpius postea, &  
alios per aquas prodigiosas erudiuit; li-  
cer nonnulli superstitionibus diuina sub-  
inde monita inquinârint. *Hippocrates, cùm*  
*tyrannus Athenis esset, hostiamq; immolasset,*  
*ahena, ut imposita erant, plena, & carne, &*  
*aqua absq; igne efferbuerunt, ita ut aqua re-*  
*dundaret.*

Herodot.  
lib. I.